

Alte Drucke

**DE MORBI, || QVEM AER TOTA || SVBSTANTIA NOXIVS ||
PERAGIT, PRÆSERVATIONE || & curatione || DISPVTATIO IV. ||
Quam peculiari collegio, || PRAESIDE || ...**

Jessen, Johann von

Witebergae, 1596

VD16 ZV 31055

DE MORBI, QVEM AER TOTA SVBSTANTIA NOXIVS peragit, praeservatione & &
curatione.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149368

DE MORBI, QVEM AER

TOTA SVBSTANTIA NOXIVS,

peragit, præsertione &

& curatione.

CAPVT I.

DUPLEX CVM MEDICI MVNS
lit, unum sanos conservare, morbo occupa-
tos liberare alterum; prius qua arte evitan-
da pestis, post qua curanda ratione, paucis
ostendamus. Consistit pestis præsertio in
causarum declinatione, & in corporum, ne
illius impetum sentiant, custodia. Aëri putredinis occasio-
nes, per nos si licet, subducendæ, & is, qui jam correptus,
exemplo Hippocratis, accensis frequenter copiosis ignibus,
perpurgandus. Major enim à consumta humiditate, putre-
dinis fomite, utilitas, quàm ab incendio adustions noxa.
Vnde non hyeme solum, sed & æstate, è lignis odoratis, ut
junipero, lauro, rore marino, cupresso, quercu, magna effici-
enda flamma, à qua aëris non solum corrigatur humiditas,
verum & seminaria contagiosa, per auras dispersa, & à ven-
tis, inprimis Austrinis, aliunde advecta, destruantur. Summo
perè autem suspectorum infectorumq; vitandum commer-
cium.

De corporum contra has injurias Rerum
non naturalium beneficio ob-
firmatione.

CAPVT II.

Temperata corpora aut prorsus non lædi, aut levi opera
pristinæ sanitati restitui Galenus scribit. Siccum verò sano
proximum est, humidum ægro vicinum: Corpora ergo, ne
sanitatem amittant, moderanda; Id quod commodo Rerum

C 2

non

non naturalium usu præstabitur. Aër, qui Hippocrati solus
vitæ & morborum opifex dicitur, aut sincerus eligendus,
lucidus, purus, tenuis, moderatus, liber, qui nec appulsu
Solis exarsit, nec abscellu obriguit, sed salutarem vento-
rum maxime Septentrionalium, flatum recipit: vel talis si
absit, in distantioribus quærendus locis. Autor enim Celsus,
regionum loca, in quibus morbus consistit, permutanda: Id
tamen si non liceat, eodem monitore, ut quam sincerissimum
corpus subeat arte efficiendus, linteorum aquis odoratis e-
briorum suspensione, quod hodie Italici frequens: vel pa-
rierum unguentorum pretiosorum illitione, quod veteribus
consuetum. Victus ratio instituenda callidissima. Panis, qui
reliquorum ciborum basis, ex tritico exactè molito, & fursu-
ribus purgato sit, congruè, admisto sale, fermentatus, & in
furno, non putridis, sed odoratis lignis excalescens, coctus.
Carnes juniorum & parvorum animalium assas vel elixas,
cujusque palatui sinimus. Pisces saxatiles, aut saltem
majorum fluminum, admittimus: olerum usum suademus;
leguminum ferè omnium interdiciamus. Omnium conditu-
ra n, & acetosorum intinctus ferimus: Veremur verò fructus
etiam serotinos. Vinum aut naturale bonum sit, aut aliquod,
qualia Mizaldo plurima, medicatum: Cerevisia hordeacea,
aut saltem depuratio triticea. Menti, corporiq; quierem
somnus indulgeat; Non autè tamen, quàm ciborum onus
levius factum sit. Nec, nisi assuetis, senibus & pueris, me-
ridianus, nullis septem horis prolixior. Quemadmodum
autem, doctore Hippocrate, somnus ciborum coctioni uti-
lis, sic ad distributionem motus necessarius. Ego tamen, aut
leviter domi obambulandū, non fatigandum, aut exercitii
loco frictionibus utendū esse censeo. In primis autè cor inju-
riæ omnis expers conservandum: Id quod sola animi vo-
luptate, harmonicis concentibus, suavis colloquiis, sæpè
quàm antidotis feliciter præstium. Venus, expurgatā sem-
inis copiā, cum spiritus reddat illustriores; balneaque cutem
relaxando efficiant perspirabilem, mediocrità consulo. Hæc,
quæ connumeravimus, cum usurpata crebrius repletionē,
rarius

rariùs verò inanitionem committant; immodica vitanda inanitionis mater Abſtinentia, & Oribasio parens maximarum ægitudinum Incontinentia. Commoda itaq; conſue-
ta per loca excernendorum projectio futura: Intemperan-
tioribus verò, aut pravo victui deditis; cum modò humorum
copia, modò ſuccorum malicia premantur, venæ ſectio, quæ,
ut Galenus inquit, non ſolum præſentibus medetur morbis,
ſed futuros quoq; arcet, conſulenda: cacochymicis purgatio
præſcribenda; habita pri⁹ eorū omnium, quorū oportet, ratione.

De corporum ope medicamentorum præſervatione.

CAPVT III.

QVomodo recta vivendi ratione vitanda peſtis docuimus;
Quia verò hæc non tam humorum putridorum quanti-
tate, quàm venenata qualitate interimat; quæ tota ipſi re-
pugnent ſubſtantia dicam. Eorum autem quædam ore ſu-
muntur, quædam forinſecus applicantur. Quæ ore ſumun-
tur alexipharmaca, ſimplicia alia, alia composita ſunt.
Simplicia; dictamum ſcordium, angelica, alvia, abrotanum,
gentiana, ſpicinardi, bæccæ lauri, juniperi, lignum aloës, nux
myſtica, crocum, myrrha, ſemen citri, luta ſigillata, ſucci-
num, camphora, ſandal omnes, coratæ cervi, lapis bezoar,
fragmenta lapidum pretioſorum unionū. Ex his compositæ
ſunt plures, apud veteres deſcriptæ antidoti. Sed explica-
tioris uſus Damocratis, Aelii Calli, quo Cæſar uſus, mithri-
datium, theriaca, ſal theriacale Venerum, antidotus de ovo
Caleni. Hæc & ſimilia ſumuntur ore. Peſtis verò cum ſub-
iectum cor ſit, omni id ſtudio tuendum. Præſtant id ſucci &
pulveres cordiales diſti. Horum loco quidam bubonis cre-
mati cineres reponunt; quidam ex arſenico amuletum fa-
ciunt: Quæ cum multi eruditi ab experientia laudent nos
quoq; admittimus; hæc tamen cauſione, ut omnes occaſio-
nes quæ ſudorem excitant, vitentur, n^o rarefactis & dilata-
tis poris cutis, vapores venenoli cum vitæ discrimine cor
inſeſcent. Po. erunt item cor & carpi theriaca illiniri; imò &
alia

aliæ partes jecur, ventriculus, idoneis oleis roborari; testes cū aqua rosea, & vini portione crebrò lavari; aures oleo scorpionum hypericonis; spicæ fricari. Nares pomis odoratis muniti; os aqua florum citri, arantiorum sepe elui; facies rosarum aqua crebrò lavari poterit. Sed ad curam pergamus.

De morbi hujus curatione.

CAPVT I V.

QVod si igitur signis, proxima disputatione enarratis, peste quempiam correptum deprehenderimus; non amplius præservationi, sed aliquando curationi relictus locus. Pells igitur cū non evidentis, sed potius occultæ qualitatis ratione noxia, nullis induciis datis, his, quæ tota substantia juvent, contrabellandum. Sunt hæc alexi pharmaca duū generum; unum quod adversus veneni effectum; alterum, quod contra ipsum venenum pugnat. In primo sanè genere, cū venenum hoc sordidior, & interiorem reddat putredinem, in qua partium separatio, spirituum, humorum, atq; adeo ipsius substantiæ dissipatio fit, præfunt medicamenta, & alexi pharmacum agunt, quæ sicca mixtum, ne dissolvatur, continent; qualia, terræ sigillatæ pulvis corallorum, cornu cervi, gemmæ præparatæ. Hæc enim, præter quod veneni vires frangunt, ne ultra serpat, comprimendo obstant. In secundo genere, quæ spiritum venenosum extinguunt, frangunt, atq; educunt, & occulta proprietate pellunt, existunt, et a Ponti rege cōfecta Mithridatica antidotis, qua cum sæpius usus esset Mithridates, vellerq; ne vivus in Romanorum manus, devicto Ponto, incideret, mortē veneno sibi consciscere, illæsus perstitit. Item Theriaca, quæ apud priscos adversus venena, mortuosque venenatos, pretiosa habita, adeo ut Galenus libro de Theriaca, aut quisquis hujus libri autor, solum hanc, cū nullum aliud præsidium tanto malo obfistere posset, peste liberasse correptos scribat. Apud me sanè Liberantis species in summo loco sunt. Et his morbum oppugnabimus.

De causæ remotione.

CAPVT V.

MAGNA cū rabie in corpore pestis se viat, materia pestis procreatur cū nulla arte corrigi possit, à naturat quoq; ad melius

lius

lius reduci nequeat, ad extremum illius nempe exterminium
confugiendū. Huic igitur indicationi ni oculus vacabimus, egri
mors antevertet. Vtrum verò id cathartici, an venæ sectione
moliendū, ubiq; labor. In peste omnes cū humores intra cor-
pus agitati conturbentur; exagitare autem humores cathartici
propriū, ne pestilenti constitutione pharmaco turbati humo-
res, consustocent. intermittenda purgatio. Sed & par circa venę
sectionē negocium. In peste n. cū corpus potissimum op-
primatur, a virium lapsu custodiendum; Demto verò sanguine
illico ruunt vires. Adest item in peste ventris profluvium, ap-
parent circa emundiora tumores in cute florent maculę, ex-
anthemata; quę omnia venę sectionem prohibent. Demū venę
sectio sanguinis medetur copię. In peste autem putredo humo-
res occupat. Ergo purgatio potius hic indicabitur. Admonetor
hic lector, in morbi exordio, ubi vires constant, & absunt nunc
recensita, venam securē pertundi. In augmento verò, ut aliis
omnibus morbis, infeliciter suaderi.

De Symptomatum prostratione.

CAPVT VI.

Cū tria in universum præter naturā insint corpori, morbus,
causa, & symptomata; morbum autem symptoma tanquam
corpus umbra sequatur, sæpē in curatione vti venit, ut relicto
domino, servo nos obiciamus. Symptomatibus ergo qualiter
relutendum nunc monstremus. Creberrimis, quę oboriuntur,
animi deliquiis circa extrema visionibus ligaturis subvenia-
mus: Syrupum itē de succo scordii, corticibus citri arantiorū
ori intillemus, eodemq; carpos illinamus, admistis speciebus
cordialibus; ex iisdem epithemata præcordiis applicemus.
Fervori ob accensionem spirituum in corde, & qui hunc comi-
tatur, siti refrigerantibus & humectantibus adversetur. Co-
mestum ego laudo caulium lactuę majoris conditum. Prode-
rit item os frequenter pullularum hordei, & seminum melonū
decocto eluere. Lingue scabricies pannis, aqua & succo acetosę
imbutis, abstergenda. Inappetentię, quā ex sordibus circa
ipsum os ventriculi exsistentibus, ac temperiem corruptenti-
bus provenire veri simile, profutura incidendi & abster-
gendi

gendi vim habentia : quibus si potestas pravæ qualita-
obstendi iuncta sit , tantò præstantius. Hujusmodi
sunt , oxysaccharum , succus limonum , citriorum , aran-
tiorum , quibus vel succus roseus simplex , vel mel ejus ad-
mistum contulerit. Vomitus ubi naturam læserint , freno
indigent , quibus remedium his verbis Aegineta scribit.
His , qui vomitu bilem ejiciunt , cataplasma ex palmulis , ma-
licorio , gallaque , vino decoctis , applicandum ; Quo &
in casu celebre , Emplastrum de crusta panis Montagnanæ.
Alvi profluvii creberrimis , quod vires multum proster-
nant , injectis astringentibus clysmatis , item talibus ventri
inundatis oleis succurrendum. Ego amyllum sorbitionibus
pro humorum in crassatione tenuium , hebetatione acrium
feliciter admisceo : Ne tamen criticæ præpediantur &
utiles excretiones , deliberandum moneo. Dolor capi-
tis , vigiliæ , deliria , cum eandem causam , idemque sub-
jectum habeant , simile expetunt remedium. Nisi enim
membranarum cerebri , aut ipsius substantiæ inflammatio fue-
rit (id quod in exquisita evenit phrenesi) vapores è
sanguinis ebullitione prodeunt ; qui si acres sint , dolores
acutos invehunt : dein turbatis spiritibus , ratiocinationi
noxam afferunt : demum humiditate absorta cerebri ,
vigilias inducunt. Capiti frontalia apponuntur , quæ
ascensum vaporum prohibeant , quorum motum frictioni-
bus & ligaturis ad extrema dirigimus. Dolor capitis
si ingens fuerit , radices raphani cum sale tulas calide
occipiti , ad revellendum , & in partes posticas evocan-
dum humorem , apponimus. In magnis delirijs caput
unguento alabastrino inungimus. Somnum pedum lorio-
nibus , unguentis , aut medicamento hypnotico concilia-
mus. A veterno vero strepitu , sternutamentis , pilorum vel-
licationibus excitamus , & gratis colloquijs ac spectaculis vi-
giles conservamus. Atq; tantum de Praxi hoc loco dicere vo-
luimus ; plenior omnium tractatum , vel ex tradita nostra
de peste doctrina auditorem repetere , aut alibi ex acriorem
expectare jubemus.

F I N I S.